



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Lvbecensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

egregio oratori, politico & I. Cto. Saxoniz & militorum principum consiliario & legato, Cancellario Megapolitano, & post aulicarum iactationum tedium Lüneb. quoque Reip. syndico, dexteritate & vsu rerum conspicuo: & in consilijs, transactionibus & pacificationibus mirificè experito, pieque hïc defuncto in spem opatiff. resurrectionis viros & liberi cum lachrym. PP.


CIRCA IDEM MONVMENTVM.  
COELVM POLITEVMA PIORVM EST.

*Christo vno duce carpe viam, sic itur ad astra  
Aurea puluereis prastant aterna caducis.*

Nulli sine Marte triumphi.

VITA CRESCENDO DECRESCIT.  
MORS LILIA SENTIBVS AEQVAT.

*Nil fragili à fracto; quod tu esse solebas,  
Ipse fui, sies tu quogq; sum quod ego.*



## LVBECENSIA.

IN LVBECAM IVL. CAES.  
SCALIGER.

**S**I referam; mihi quis crederet? sub limina mundi  
Ultima legis iura vigere Dei.  
Ingenium, candorem animi, cultumq; fidemq;  
Fortiâque inuicta pectora pura manu,  
Dum mirata stupet terras Astraea relinquens,  
Atq; putat caeli regna, resedit ibi.

IN SVMMO TEMPLO.

A. .M. C. LXX. ædificata fuit præsens Ecclesia,

per

per Dominum Henricum Ducem Bauariæ & Saxo-  
niz, & per Henricum III. Episcopum Lubecen-  
sem, & fundatorem Monasterij sancti Ioannis in  
Lubeck consecrata in honorem sanctorum Ioan-  
nis Baptistæ & Nicolai confessoris IESU Christi.

## IBIDEM.

Anno 1465. prima die Februarij ex hac vita migra-  
uit DETHLEVIVS RANZOW, Dn. in Neuerfdorp,  
huius Ecclesiæ Canonicus, qui hoc loco, cum patre  
Henrico milite, anno 1464. die 6. mēsis Martij mor-  
tuo, sepultus est. Inscriptionem monumenti vetu-  
stare corruptam, H. R. Regius in Holsatia Legatus  
refecit, Anno Domini 1575. ætat. 50.

Ordinis est sacri DETHLEVVS adeptus honorem,

Qui sua de Canonum nomina iure tenet.

Quæ colitur pulchra templum cathedrale Lubeca,

Quæq; frequens largas ara ministrat opes,

Hic sua tranquilla traduxerat otia vita,

Consilio præstans, ingenijq; bonis.

Sua truci genitor tractauerat arma Gradus,

HENRICVS celebri nomine vectus Eques.

Cum patre iam dormit sociâ DETHLEVVS in vrnâ,

Qua sacra baptismi labra replentur aqua.

HENRICVS RANZOVIVS, Nobilis Holsa-  
niæ, D. Ioan. F. Regis Daniæ, tam vtriusque Duca-  
tus Slesuicensis & Holsatiæ, quàm Dithmarforum  
Gubernator & loci tenēs, THEODORICO RAN-  
ZOVIO, summæ spei, optimæque & generosæ in-  
dolis, vixdum pubescētī filio suo dulcissimo, præ-  
propera immaturaque morte sibi erepto, nec non  
Nicolao Ranzouio, eiusque vxori Lucix, à quibus  
hic

hic Theodoricus educatus est, in memoriam & certam futuræ resurrectionis spem statuit. Obdormiuit Lubecæ, Anno 1572, die XXVII. Iun. ætatis suæ II.

## IN CATHEDRALI.

Humi in lapide.

D. HENRICI BROEMSI.

*Stemmata præclaro doctore proconsule natum,*

*Doctorem Iuris atræ sepulchra tenent.*

*Ferfidia vulgi patrijs dum sedibus exul*

*Imperij Consul Cesaris & fit, Eques.*

*Sic mundi curis tandem, fessusq; senecta*

*lungitur inuictus mortis agone Deo.*

Obijt anno 1542.

## IBIDEM IN SVBLIMI.

D. O. M. S.

Srenuo ac nobilitatis splendore viro spectabili, Domino HENRICO BROEMSEN, Equite Aurato, ac I. V. Doctore eximio, inuictissimæque ac potentiss. Caroli V. Imperatoris quondam Cœliario fidelissimo, amplissimæque ciuitatis hunc patricio, agnati, gratæ memoriæ causa insignia hæc poni curauerunt. Obijt humanæ salutis anno 1543, die conuersionis Pauli, cùm vixisset annos 69, dies decem & septem.


 HAMBURGENSIA.

IN COEMITERIO SVMMI  
TEMPLO.

**A** Nno Domini M. D. XVII. in vigilia coenæ